

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Linguarum Vett. Septentrionalium Thesaurus Grammatico-Criticus Et Archæologicus

Hickes, George

Oxoniae, 1705

Caput tertium. De nomine, et specialius de nomine substantivo

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1559>

## CAPUT TERTIUM.

## De nomine, &amp; specialius de nomine substantivo.

**N**OMEN est vel substantivum vel adjективum. Substantivum est, quod rem absolutè vel sine connotatione significans potest præmitti verbo, ut subjectum orationis: ut *man, homo, drohtin, dominus, himil, cælum*. Substantivum autem vel est commune vel proprium. Commune rem pluribus communem significat; ut *man, mennisco vel mennisc, homo, humanum genus*. Proprium rem singularem significat: ut *Karle, Carolus; Leodawig, Ludovicus; Adalmundus, Adalrat, Adalradus*.

II. Substantivum iterum vel simplex est vel compositum: simplex, ut *rok, fumus*; fat, *vas*; compositum, ut *rokfat, thuribulum*. Compositum autem fit vel ex duobus substantivis, ut *rokfat, thuribulum*; vel ex adjektivo & substantivo, ut *uuihrog vel uuihrok, thus; uuihbod, altare*; quorum alterum componitur ex *uuih, sanctus, & rok, fumus*; alterum ex eodem *uuih, & bod* vel *beod, mensa*.

III. In substantivis sive ex duobus substantivis, sive ex adjektivo & substantivo compositis, prior vox est pars specificans; posterior, pars specificata; unde in *Latina* versione nominum compositorum prior vox, quamvis nomen substantivum sit, per adjektivum reddenda est, vel per suum genitivum, aut periphrasim aliam adjektivo æquipollentem, ut in Grammaticæ Anglo-Saxonice capituli tertii regulâ 1, fusè ostendimus.

IV. Nomina quum substantiva tum adjektiva variantur per casus in Lingua Francicâ, haud secus ac in *Græcâ & Latina*. Substantiva autem variantur (quatenus mihi hactenus observare licuit) quinque modis, ac proinde dici possint declinationes apud *Francos* fuisse quinque.

V. Prima declinatio est masculinorum, quorum genitivus singularis exit in *e s, & præ mutatione vocalium in i s & a s*; Dativus & Abl. in *e*, & propter vocalium mutabilitatem in *o & a*. Nom. & Acc. plur. in *e, & a. & in C. C. in o s*. Gen. in *a*, & cognatam *o*. Dativus & Abl. in *a n, e n, i n, o n, u n, u m*.

## Numerus Singularis

- Nom. Ther cuning, *rex*.
- Gen. Thes cuninges, *is, as*.
- Dat. Themo cuninge, *o, a*.
- Acc. Thene cuning.
- Voc. O thu cuning.
- Abl. Themo cuninge, *o, a*.

## Numerus Pluralis.

- Nom. Thie cuninge, \* *a*.
- Gen. Thero cuninga, *o*.
- Dat. Then cungan, *en, in, on, un, um*.
- Acc. Thie cuninge, *a*.
- Voc. O ir cuninge, *a*.
- Abl. Then cungan, *an, en, in, on, un, um*.

## Exempla.

Nom. Ther cuning leydede mer in sine genathema, *rex me duxit in sua cellaria*. w. Min minna is famo starc so ther dooth ingegen thich, *fortis est ut mors dilectio mea erga te*. w. Ther hals ze samene vogat thaz houuet ande then lichamo, *collum connectit caput corpori*. w. Ther win then thu meinost ther zimet minemo drute ze drinchene, *vinum, quod intendis, est dignum dilectio meo ad potandum*. w. Hic autem notandum est nom. singularem aliquando terminari in vocali, ut in firinari; zollanari, *publicanus*; constari, *tentator*.

Gen. Ande is auor thin vahs gedaan also cuninges purpura, *coma tua, ut purpura regis*. w. Hiuiski heban cuninges, *familia regis cœlestis*. C. C. Sino thaz bedden thes cuninges Salomonis, *ecce lectum Salomonis*. w. Thes helithes hand mahal oc theru helagun thiernum, *sponsalia herois [Josephi] & sanctæ virginis*. C. C. Menigi himilisches heres, *multitudo cœlestis exercitus*. Tat. iv, 4. Min sponsus thie the bitterheyd thes dothes thurg mich leyth, *sponsus meus, qui amaritudinem mortis pro me passus est*. w. Haua je thoch jegen mich then sido ther reion, ande thes hindkalues, *observa tamen erga me morem capreæ, hinnulique*. w. Gesceret hauestu mir min herzo in einemo thinero ougan, other in einemo hare thines halses, *vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, aut in uno crine colli tui*. w. Ich mines wines minno siechon, *amore langueo mei dilecti*. w. Godis drut, *Dei dilectus*. helag uuord Godas, *sacrum verbum Dei*. Thuru craft Godas, *per divinam potestatem*. That uuart all mid uuordon Godes fasto bifengan, *omne id verbo divino stabilitum erat*. Ni uueldun derbeas uuiht gifrummean, *nihil mali committere voluerunt*. C. C. Sin biletis is also the bergas Libani, *species ejus, ut Libani montis*. w.

\* Et in C. C. in o s, ut in Lingua Saxonica in a s. Vide Grammaticam Anglo-Saxoniam.  
Dat.

Dat. & Abl. Ande thaz leyth ich thurg einen jegelican fidelium auditorum qui adhærent doctoribus, also thaz vahs themo halse, & hoc passus sum propter unumquemque fidelium auditorum, qui adhærent doctoribus sicut coma collo. w. Minemo wine bin ich hold, dilecto meo ego sum fidelis. w. Quad Zacharias zi themo Engile, dixit Zacharias ad Angelum. Tat. Wis gelich ther reion, ande themo hindkaluo, assimulare capreæ binnuloque. w. Samo geize corter thaz ther geet upho themo bero Galaad, sicut grex caprarum, qui ascenderunt montem Galaad. w. Vox prædicantium, thiu is gelich themo bezzelston wino, vox prædicantium, quæ similis est optimo vino. w. Ther suoze stank an themo niwen ouaze, and an themo alden wine, suavitas recentis fructus & veteris vini. w. Ther verus pacificus the ther mit sinetmo dootha disolvit inimicitias inter deum, & hominem. w. In himile in abgrunte ouh hier nidere, in cælo & profundo [abyss] & hic infra. Oifr. apud Lamb.

Ac. Gehuga miner minnon, thiu ingegen thich so starc is, thaz ich self then dooth thurg thinan willan leith, memor esto amoris mei, qui erga te tam fortis est, ut tui gratia mortem passus fuerim. w.

Nom. Plur. Inti ambahta uuarten uuortes, & ministri fuerunt sermonis. Tat. procem. 2. Ich gescapho, thaz thi keysere, and thi cuninga adorabunt vestigia pedum tuorum, Me auctore, imperatores & reges adorabunt, &c. w. Helithos stuodon gumon umbi thena Godes funo, egregii & eximii viri circumsteterunt filium Dei. C. C. Thuo te thes uuaçeres stade samnodun thia gesithos Cristes, the hie im habda selbo gicorana sia tuelisi, tum ad maris littus congregati erant discipuli Christi, quos ipse elegerat illi duodecim. Sic occurunt rincos, uuâluos. &c. plura exempla videoas in reg. 13.

Gen. Van ther spizzon ther hohen bero Amana, ande Sanir, ande Hermon, de vertice montium Amana, & Sanir, & Hermon. That iro an them sithe funo odan uuarth giboran an Bethlehem allero cuningo craftigost, quod illis in regione istâ filius natus erat in Bethlehem, partus omnium regum potentissimus. Ac cumit fan allaro bomo gihuilicon fulic uuafzom so im fan ir uurtion gidregit, sed ab arborum quâque provenit talis fructus, qualis illi à radicibus trahitur. C. C.

Dat. Abl. Ich siho viro clare, min weythe is och an then bergen, ego valde clare video, & pastus meus est in montibus. w. Untar mannum, inter homines, Ofrid. Din uaille giskehe in erda fone mennisgen, also in himile fone den engilen, fiat voluntas tua ab hominibus in terra, sicut ab angelis in cælo. Oifr. apud Lamb. Mit engelon joh mannon in euuenigen fangon, cum angelis, & hominibus, in sempiternis canticiis. Oifr. apud Lamb.

Acc. Minnot juwera fianta, diligite inimicos vestros. Tatian.

VI. Secunda declinatio est neutrorum, quorum genitivus sing. exit in es, Dativus & Ablativus in e, a, o, u. Nominativus & Accusativus plurales eandem fortiuntur terminationem cum nominativo singulari; & præterea desinunt in o & a. Genitivus in e, o. Et Dativus & Ablativus exeunt in on, an, en, in, un, um.

#### Numerus Singularis.

Nom. Thaz word, verbum, werch, opus.

Gen. Thes wordes, werches.

Dat. Themo worde, werche, a, o, u.

Acc. Thaz word, werch.

Voc. O thaz word, werch.

Abl. Themo worde, werche, a, o, u.

#### Numerus Pluralis.

Nom. Thie word, werch, the worda, wercha, wordo, wercho.

Gen. Thero worde, werche, o.

Dat. Then wordon, werchon, an, en, in, un, um.

Acc. Thie word, werch. the worda, wercha, wordo, wercho.

Voc. O thie word, werch, a, o.

Abl. Then wordon, werchon, an, en, in, un, um.

#### Exempla.

Nom. Sing. Ich gieng in then nuz gardon, thaz ich besahe wie thaz ouaz in ther dala flahta worthan wara, descendit in hortum nucum, ut viderem qualis erat fructus in valle. w. Do wir thes wara of the wingardo bluoie, of nah thamo bluothe thaz wocher sich gescuphe, videamus si floret vinea, si flores fructus parturiunt. I an post florem fructus se formet.

Gen. Ich gero thaz min wine kume in finen gardon, thaz her that ezze thaz wocher fines eignen quezes, utinam veniat dilectus meus in hortum suum, ut ibi comedat fructum pomorum suorum. w. Thuo sprak fan after thi modor thes kindes, tum statim locutus est mater infantis, pueri. C. C.

Dat. & Abl. So ich in sulichemo bedde geligon mid minon winon, so is fin winstra under minemo hoyueda, and fin zefewa umbegraphed mih, dum in tali lecto jaceam cum dilecto meo, lœva ejus sub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. w. Qui adhærent mibi also thi lokka themo hoivede, qui adhærent mibi, ut cæsaries capiti. w. Mines wines winstra liget under minemo hoivede. w. An themo niwen ouaze, in novo fructu. w. Buomgardo ruodero ephelo mith allero flahto quezo, hortus pomorum rubrorum cum omne genus fructu. w. Mid thi Godes barnu, endi theru guodan thiornan, cum filio Dei, & bona virgine. C. C. Mith wochru thera reuuûn, cum fructu penitentiae. Hymn.

## GRAMMATICA

16

Acc. Thaz hals ze samene vogat thaz hoiuet, ande then lichamo, *collum connectit caput & corpus.* w.  
Nom. Pl. Alla sine werch waron also mahtiga, also siu procedebant *ex potentia divina.* Omnia sua opera, sicut procedebunt ex potentia divina, sic magna erant. w. So luchent mer allo thinus word, and allo thinus werch, sic mibi placent omnia tua verba, & omnia tua opera. w. Also thiu wad then lichamon ziret an menniskon gesichte, famo zirent thich guode wercho an mine-ro ansiune, sicut vestis adornet corpus in conspectu hominum, sic te adornant bona opera in conspectu meo. w. Thiu word mines sponsi sint scone famo lilion, verba mei sponsi sunt pulchra, sicut lilia. w.

Gen. Uuorto, *verborum*, in glossa *Hrabani Mauri* apud *Lamb.* biblioth. *Cæf.* lib. ii. cap. 5. Thiu vernumst finero wordo is super mel & favum, perceptio illius *verborum* est, &c. Thaz is al thaz gerufste guodero lero and guodero wercho, id est omnis ille apparatus bonæ doctrinæ & bonorum operum. w. Ih uuirdu Gote almahtigen bigihtig minero unrehtero uuorto, confiteor deo *omnia mea iusta verba.* f. v. c.

Dat. Abl. In thinen werchon, *in operibus tuis.* w. Tho ich mich geeinoda thurgh mines wines willan *subire opus prædicationis*, tho richt ich mich uph ze guodon werchon, *quum statuerim mei dilecti ergo subire opus prædicationis, erigebam me ad bona opera.* w. Wanda ich an allon minon werchon neheinen *humanum favorem* ne wille expetere. w.

Acc. Wanda sia alla hiro werch duont thurgh wereldlichon ruom, *nam omnia sua opera faciunt propter mundanam remunerationem.* w. Ande wanda thu alla thine werch festinas *munire* mit exemplis, & quia *omnia tua opera festinas munire cum exemplis.* w.

VI. Tertia declinatio est foeminorum, que in genitivo singulari flectuntur in e, a, o, u. at in cæteris casibus utriusque numeri sequuntur formam primæ declinationis, ut gescript, *scriptura.*

### Numerus Singularis.

Nom. Thiu \* gescript, *scriptura.*  
Gen. Thero gescripte, a, o.  
Dat. Thero gescripte, a, o, u.  
Acc. Thiu gescript.  
Voc. O thiu gescript.  
Abl. Thero gescripte, a, o, u.

### Numerus Pluralis.

Nom. Thie gescripte, a, o.  
Gen. Thero gescripte, a, o.  
Dat. Then gescripton, an, en, in, un, um.  
Acc. Thie gescripte, a, o.  
Voc. O thie gescripte, a, o.  
Abl. Then gescripton, an, en, in, un, um.

### Exempla.

Nom. Sing. Thiu gescript hauet famo thrada vard, *scriptura habet æque vehementem impetum.* w. Notandum hic autem est nom. singularem terminari non raro in e & i.

Gen. Under then lilian, thaz fint thie littere, and thie scona finne ther haligan scripte, inter lilia, quæ significant clarum & pulchrum scripturæ sensum. w. Thie bezeichenet cinnamomum, weynegaz boumelin, ande auor michelere crefte, ande suozes stankes, quam cinnamomum significat, parva arbuscula, sed magnæ virtutis, & suavis odoris. w. Skeyne with githes wilcharo doychene thinro crafto, thaz thu min niet vergezzan hauest, ostende interdum aliquo signo tue virtutis, quod mei non oblitus es. w. Vone thannan ther manlichero dugathe is, ther huodet gerno thes, thas her in vineâ Domini niet mercenarius ne si, quamobrem qui virilis virtutis est, is carvet diligenter ne mercenarius sit. w. Thero flachta was thiu salua thar mide Maria Magdalena saluado pedes Domini, Id genus erat unguentum, quocum Maria Magdalena unxit pedes Domini. w. Van therro magathe wambon in the cribbon, à virginis utero in præsepe. w. Wanta er ist edil Franco, uisero githanko uisera redinu, thaz duit er al mit ebin, in fines felbes brusti ist herza filu festi, etenim nobilis est ille Francus prudentis animi, prudentis consilii, quid nihil non facit æquanimiter, utpote cor habens in suo pectore valde firmum. Otfr. apud Lambecium. Vocales e, a, o, quæ terminant genitivum, nonnunquam omittuntur: ut, tau-ganiu dera naht, *secretæ noctis.* Hymn. xv, 3.

Dat. Abl. Thie sielan the ther jugethet fint in therou doupha, *animæ quæ renovatae sunt in baptismo.* Van therou cribbon ze therou doupha, van therou douphe ze themo cruce, à præsepi ad baptisum, à baptismo ad crucem. w. In erdu ioh in himile, in terra & cælo. Otfr. apud Lamb. At in paraphrasi orationis dominicæ: Din wille giskehe in erda fone mennilgen, fiat voluntas tua in terra ab hominibus. In anaginne uuas uuort, in principio erat sermo. Tat. i, i. Inti uuas in uuoltinnu, & erat in deserto. Tat. iv, 9.

Nom. Pl. Thar schinen aller flachte dugathe, *ibi fulgent omne genus virtutes.* w. Also multa grana sub uno cortice mali punici continentur, ande an then aller flachte dugatha vunden werthent, famo in themo boumgardon aller flachte ouaz, quemadmodum multa grana sub uno cortice mali punici continentur, & in illis omne genus virtutes inveniuntur, sic in horto omne genus fructus. w. Cuninginnan, ande keuse louenden sie, reginæ & concubinæ lauda verunt eam. w.

\* Alias giscrib: Ni ueestun sie giscrib, non sciebant scripturam. Tat. cap. ccxx. 5. Arre-kita in alle giscribon, interpretabatur illis omnes scripturas. ccxvii. 3. vide R. 18. legitur etiam Gilcrip: Inti offonota uns thiu giscrip, & aperuit nobis scripturas. ccxxix. 1.

Gen.

Nom. Ahtzoli fint thero kevese, octoginta sunt concubinæ. w. Thar mide machot ir sie lium-haftig stadicare dugatha, hac ratione redditis eam assiduarum virtutum fama conspicuam. w.

Dat. Abl. Thrie stund hauon ich thich gelathot thaz thu wizzeft thaz thu thurgnatigh scalt sin an then thrin dugathen, ter te vocavi [monui,] bene nōsti, ut perfecta esse debeas in tribus virtutibus, fide, spe, charitate. w. Van then dugathan quam quod liumunt, à virtutibus provenit bona fama. w. Inti thas lioh in finstarnessen leuchta, & lux in tenebris lucebat. Tat. cap. I. 4.

Acc. So tharnah tho ich hiro gescripta thurg suohta, tho vand ich minen wine, quam primum illorum scripta scrutatus sum, inveni meum dilectum. w.

VIII. Quarta declinatio est nominum fæminini generis, quæ in recto, accusativo & vocativo singulari in **E** exeuntia, faciunt cæteros casus utriusque numeri, excepto vocativo singulari, in **A N:** ut genatha, gratia; thiorna, adolescentula, virgo; sunna, sol.

### Numerus Singularis.

- Nom. Thiu genatha, gratia.
- Gen. Thero genathan, un.
- Dat. Thero genathan.
- Acc. Thiu genathan.
- Voc. O Thiu genatha.
- Abl. Thero genathan.

### Numerus Pluralis.

- Nom. Thie genathan.
- Gen. Thero genathan.
- Dat. Then genathan, en, on, in, un, um.
- Acc. Thie genathan.
- Voc. O thie genathan.
- Abl. Then genathan, en, on, in, un, um.

### Exempla.

Nom. Acc. Sing. Thiu selua genatha is thir gara, eadem est gratia tibi parata. w. Minemo drute leisto ich truuua, ande min wino leistet mir genatha, dilecto meo servo fidem, & dilectus meus præstat mibi gratiam. w.

Gen. O Synagoga! thu wunderest thich thero genathan thiu mir geschehan is, O Synagoga! est tibi admirationi gratia, quæ mibi facta est. w. Der man est falig, der in dero argon rat ne giene, so Adam teta, doer dero chenun rates volgeta uuider Gote, beatus est vir, qui non abiit in consilio impiorum, quemadmodum Adamus, qui consilium mulieris secutus est contra Deum. Otfrid. apud Lamb.

Dat. Abl. Thunket mir also icona so ther mano, wanda siu wole weiz thaz sie pulchritudinem virtutum von hiro seluero niet ne hauet, sander von Godes genathan, niet te mer than ther mano jeht lightes hauet von himo seluemo, mibi videtur æquè pulchra, ac luna; nam bene novit, quod pulchritudinem virtutum à seipsa non habet, sed à gratia Dei; quemadmodum luna nibil luminis à seipsa habet. w. Notandum autem hic est, terminationem **A N**, præ confusione vocalium & consonantium non raro mutari in **EN**, **ON**, **UN**, **UM**; ut sequentia exempla in genitivo, dativo, & ablativo singulari ostendunt: Ioseph Davides sunu ni curi thu zi nemanne Mariun thina gimahhun, Joseph, fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Tat. v, 8. Thar uwas thes helithes hand mahal endi oc theru helagun thiernum Marium theru guodun, ibi (celebrata) erant sponsalia viri & sanctæ virginis Mariæ illius bonæ. C. C. Tho ni uwas lang te thiu that man an thia halla hobid brahta thes thiod gumen, endi it thar theru thiornun forgab, tum non longum erat antequam caput utilis viri publicè allatum in aulam erat, & illic virginis traditum. C. C. After is lerun, secundum illius doctrinam. C. C. Thie era ne hauon ich niet von einegan minan meritis, sander vone mines sponsi genathon, Hunc honorem non babeo à propriis meis meritis, sed à sponsi mei gratia. w.

Dat. Sing. Nu wil ih scriban unfer heil, evangeliono deil, so uuir nu her beginnen, in frenkisga zungun, nunc in lingua Francicæ describam, prout hic ordior, integros evangeliorum libros. Notandum autem hic est, accusativum sing. terminari etiam ut nom. in **A**.

Nom. Plur. Thie thiernan sahon sie, filiæ viderunt eam. w. Cuninginnan and keuse lo-venden sie, reginæ & concubinæ laudaverunt eam. w.

Gen. Thero thiernan ne is nehein zala, adolescentularum nullus est numerus. w. Thero dugathen allero anaginna, initia omnium virtutum. w.

IX. Notandum quoque est, nomina primæ, secundæ & tertiaræ declinationis emphatice & demonstrative posita ad quartam transire addendo **A**, si in consonantem definant; vel si in **E** definant, mutando **E** in **A**: ut dugeth, dugetha, virtus; wunne, wunna, gaudium; ere, era vel eera, honor. Wunne thes euuigan liues, gaudium æternæ vitæ. w. Diu Goteliche uuunna, diuinum gaudium. S. Ann. Ther tod uwas in uuunna thuruh Gotes minna, mors iis erat gaudium propter dei amorem. Otfrid. Mihil uuunna, magnum gaudium, Otfrid. Michil ere, magnus honor. S. Ann. Thisu uuorult era, hujus sæculi gloria. Otfrid. Thie hauent och thar thie meyfto eera, bi habent maximam gloriam. w. Truhtin, dominus, emphatice truhtina; ut, thih truthinan gehemes, Te dominum confitemur. Hymn. M.

X. Præterea à tyronibus Linguae Francicæ studiosis observandum est, quod nomina quartæ declinationis in **A** exeuntia sæpe vertunt **A** in **O**, & in nom. & vocativo & in cæteris casibus **A N** in **O N**: ut, want er ist selbo brunno, ioh alles guates wunno, nam ille ipse fons est, & oblique

## GRAMMATICA

18

*Etamentum omnis boni.* Ofr. Wir ne willon niet vergezzan thaz thiu genatho thines Evangelii suozer is, than thiu *austeritas* therow ewo, non obliviscemur, quod tui evangelii gratia dulcior est *austeritate legis*. w. Thin wamba is famo weizes houph, *venter tuus est sicut acervus tritici*, w. At in alio loco, min wambo erbeueda ze finemo angripho, *venter meus intremuit ad tactum ejus*. Sic, erfloigat hauet mich min gethanka, *conturbavit me anima mea*, w. Aft alibi, wanda thurgh thaz hauon ich thir mine *corporalem praesentiam ablatam*, thaz al thine gethanco si ze therro wererde, *ubi regem in decore suo videbunt oculi beatorum*; *Nam propter hoc a te abstuli corporalem meam praesentiam, ut omnis tua cogitatio sit (conversa) ad illum mundum, ubi regem, &c.* Sic in eodem auctore legimus kere withere, kere wither verhundeta, revertere, revertere *captiva*; aft alibi, waz siheftu in ther verhundeton, *quid videbis in captiva*. Wille ich jemer gehugan therow finero michelan genathon, *semper meminero magna illius gratiae*. w. Sic quamvis fere semper scribitur \*thiarna vel thierna, *virgo*, apud Ofridum; thiorno tamen magis placuit *Tatiano*.

XI. Quinta declinatio est masculinorum, & neutrorum, quae in recto & vocativo singulari in o excentia, formant ceteros casus utriusque numeri in o, ut *wingardo*, *vinea*; *herzo*, *cor*.

### Numerus Singularis.

- Nom. Ther wingardo.
- Gen. Thes wingardon.
- Dat. Themo wingardon.
- Acc. Thene wingardon.
- Voc. O ther wingardo.
- Abl. Themo wingardon.

### Numerus Pluralis.

- Nom. Thie wingardon, un.
- Gen. Thero wingardon, wingardono.
- Dat. Then wingardon.
- Acc. Thie wingardon, un.
- Voc. O thie wingardon.
- Abl. Then wingardon.

### Exempla.

Nom. Acc. Sing. Unser wingardo is an bluothe, *vinea nostra floret*. w. Thu bist wola flohaft gardo suester min, gemahela, gardo flohaft, brunno bisegelad, *hortus conclusus es soror mea, sponsa, hortus conclusus, fons signatus*. w. Thu bist gardbrunnon, *tu fons hortorum*. w. Samo ther fliezende brunno, *sicut fons saliens*. w. Ich gieng in then nuzgardon, *descendi in hortum nucum*. w. Thogh ich minon wingardon beuolan haue then winzurnelon, *quamvis vineam meam custodibus commisi*. w. Nota vero, quod accusativus sing. aliquando similis nominativo factus terminatur in o.

Dat. Abl. Min drut is nither gegangan ze finemo gardon, *dilectus meus descendit in hortum*. w. In thinemo garden sint gewassen *aromaticæ arbores*, and allero flahta bouma, thie uphon libano gewassen sint, *in horto tuo crescunt aromaticæ arbores, & omne genus arbores, quæ super Libanum crescunt*. w. Wanda aller flahta dugeth an thir quekkent, also in themo gardon aller flahta krud gruoient, *nam omnigenæ virtutes in te florescunt, ut omnigenæ herbae crescunt in horto*. w. At pag. 73. w. legitur in themo boumgardo, sed *mendose*, ut opinor, pro boumgardon.

Nom. Acc. Pl. Thie wingardon bluoyent, *vineæ florent*. Also thie diuren saluon thie vol sint thes guodes stankes, *sicut pretiosa unguenta, quæ sunt plena boni odoris*. w. Muade ruacham lichimanun, *fessa curis corpora*. Hymn. Sia badun ina helagna, that hie im iro ogn opana gidedi, *rogaverunt sanctum, ut illis oculos aperiret*. C. C. Hren sia thuo mid is handon deda is helpa thar tuo, that them blindon thuo bethion urthun ogn giopanod, *tum manibus suis tetigit eos, opemque ita tulit, ut cæcis ambobus oculi aperirentur*. C. C. Thaz her giuente herzun fatero in kind, *ut convertat corda patrum in filios*, Tat. II, 7. Samo mit then guoden salvon geheiled wirtent thie geknifedon, and thie siechon lichamon, *quemadmodum cum pretiosis unguentis contrita & languida corpora sanantur*. w. Fahent uns thie luzzelon vohon, thie the wingardon hardo geargerent, *capite nobis vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas*. w. Ther thin weinega gardo, ther in *Judæa* was ther hauet maniga gardon gemachot, *parvulus ille tuus hortus, qui in Judæa erat, fecit multos hortos*. w. Ward forhta ubar allo iro nahiston, *factus est timor super vicinos eorum*. Tat. IV, 10.

Gen. Zueñe thine spune sint famo zuey zuinele kizze therow reion *duo ubera tua sicut duo binnuli capreæ gemelli*. w. Nec it God ni giscuop that thie guodo bom gumono barnon bari bitteres uuht, nec ordinavit Deus, *ut arbor bona quid amari hominibus ferret*. C. C. Manage zilotun ordinon saga rachono, *multi conati sunt ordinare narrationem rerum*. Tat. procem. I. Cunni natrono, *progenies viperarum*, Tat. XIII, 13.

\* Quod originem vocis hujus attinet, notandum est Anglo-Saxones pro Francico thionan, *servire, famulari*, dixisse ðenan i ðenian, unde ðinen (& ðinenne) iis erat *ancilla*, Marc. XIV, 69. Luc. I, 38. Job. XVIII, 17. dicebant & ðinenp. Ita legimus Ps. LXXXV, 15. sicuti & Psalm. CXV, 6. ynu ðinenpe ðin, *filium an-*

*cillæ tuae.* Psalmo vero CXXII, 3. eaðan þienenpe, *oculi famularum*. Ab hoc ergo ðinenp vel ðineñp, per levissimam contractionem, factum est Franco-Theotiscum thiorno, thiorna, thierna, thiarna; unde Belgicum deerne, quod nunc in malam partem acceptum, *scortillum* significat: ut, een gemeyne deerne, *profibulum*.

Dat.

Dat. Abl. Ste wir fruo uph ze then wingardon, *mane surgamus ad vineas.* w. Mit then guoden saluon, *cum pretiosis unguentis.* w.

XII. Notandum etiam est terminationem o n hujus declinationis præ confusione vocalium mutari quoque in EN, & UN: ut in exemplis supra positis; in thinemo garden; muade ruachom lichamun; & sexcentis aliis. Præterea observandum est, Ut nomina quartæ declinationis non raro mutant nominativi & accusativi singularis terminationem A & AN, in o & ON; Sic nomina quintæ sœpe invicem vertunt o in A in nominativo; & in accusativo singulari & in aliis casibus, ON in AN; ut sequentia exempla docent: gesereſt hauestu min herto sueſter min, *vulnerasti cor meum soror mea.* w. Thie hiro herza an themo thinga geueſtenont, qui cor suum in ſpe hac fundant. w. In minemo herzan thaz enzuſchan minan bruſtan ligad, *in corde meo, quod inter mammas meas jacet.* w. Hauon ich remotam vone minemo herzon alle contradictionem. w. Thine huffelon ſin famo turteluvan, *genæ tuæ ſunt ſicut turturis.* w. Sine huffelan ſint famo wurzbedde, thie ther geſezet ſint von then cuſtigan pigmentaren, *genæ illius ſicut aromatum areolæ, quæ conſitæ ſunt à gnaris pigmentariis.* w. Thine ougan ſint douuan ougan, *oculi tui columbarum.* w. Wende thine augon, *verte oculos tuos.* w.

XIII. Notandum insuper est, nomina primæ, ſecundæ & tertiae declinationis, emphatice, & demonstrative posita, in quintæ clafsem transire, addendo o finali consonanti nominativi casū; ſic ab engil, *angelus*, fit engilo; à uuer, *vir*, uuero; à uuard, *cuſtos*, uuardo; & in C. C. non raro faciunt nom. & acc. plurales in os; ut, thia ueros aftergengun, *ſecuti ſunt viri.* Than gangat engilos Godes helaga heban uuardos, *tum profeſti ſunt angeli Dei sancti cœli cuſtodes.*

XIV. Haec tenus de ſubſtantivorum declinationibus; jam, ut Grammatici loquuntur, de eo-rundem ſpecie tractandum est. Species autem ſubſtantivorum duplex est, *primitiva* & *derivative.* Primitiva est, quæ aliunde non trahitur: ut himil, *cœlum.* man, *homo.* fiur, *ignis.* wif, mulier, Derivativa ſunt, quæ aliunde, ſive à nomine, ſive à verbo formantur; & duplia ſunt, vel ſine peculiari terminatione formata, vel quæ peculiarem ſibi terminationem adſciscunt.

XV. A nomine formata vel ab adjectivis vel ſubſtantivis formantur. Ab adjectivis formata trahuntur à recto, vel ſine terminatione, vel cum terminatione. Prioris generis ſunt ſcone à ſcona, *pulchritudo;* à ſcon, ſcone, ſcona, *pulcher, a.* Ungilaufulli, *incredulitas*, ab ungilouful yel ungilouful, *incredulus.* Luttri, vel luttre, *puritas;* à lutter à luzzer, luzzere, luzzera, *purus, a.* Huldi à hulde, *obsequium fidele;* à huld, hulde, a, *fidelis, devotus, a.* Wathliche, *excellentia,* à wathliche, *excellens.* Posterioris generis ſunt in heit, heyd, heyt terminata, ut ſconheit, *pulchritudo,* luzzerheyd, *puritas,* wathlicheyt, *formositas.* Secundo in niſſe vel neſſe & niſſ; ut lutterniſſe, *puritas,* gelicenſſe, *ſimilitudo,* arloſneſſe, *redemptio.* Tertio, in duom, tuom vel dom: ut, wiſduom, *sapientia,* jungarduom, *status vel relatio diſcipuli ad magiſtrum.* Thuruſ thin jungarduom, *propterea, quod tui diſcipuli ſumus.* C. C.

XVI. Subſtantiva ab aliis ſubſtantivis formata omnia peculiari terminatione finiuntur: ut, I. in burd: ſic à mund, *tutela vel patrocinium,* mundburd, *protectio, protector;* à cunne, *genus,* cunniburd, *genus, proſapia.* II. In skepi vel ſkepe & ſkip: ut à land, *terra,* landskepi, *regio.* fiond, *inimicus,* fiondskepi, *inimicitia.* à gibod, *mandatum,* gibodskepi & gibodſcip, *idem.* ab ambaht, *minifterium,* ambahtſcepi, *minifterium, officium.* III. In ſcaf ſchaf ſchaft, & ſcefti: ut, à land, *terra,* landscefti, *regio.* à giuiz, giuuitscaf, giuuitschaf, *teſtimonium.* à hugi, *cogitatio,* hugiscefti, *idem.* IV. In hedi, heiti: ut à jugund, (*extrito N*) jugud, *juventus,* juguthedi, *idem.* à magath, *virgo,* magath-heiti, *virginitas.* V. In niſſi, niſſe & neſſe: ut à forliggar, *adulter,* forliggarniſſi, *adulterium.* VI. In fli: ut à douphe à douphe, dopa à dope, *baptiſmus,* dopiſli, *baptiſatio;* à mende, *gaudium,* mendisli, *laetamen.* VII. Fœminina à masculinis facta, addendo terminationem inna vel ina recto ſingulari. ſic à coning, *rex,* fit coninginna, *regina;* ex meyſter, *magiſter,* meyſterinna, meiſtrinna, *magiſtra;* ex friund, *amicus,* friundina, *amica.* VIII. In buſti: ut ab eid, *juramentum,* eidbuſti. Denique quædam à ſubſtantivis formata terminantur in er; ere; eri; ar; ut à gart vel garto, *hortus,* garteri, *hortulanus:* ſio tho uuanenti thaz iz garteri uuari, *illa existi-mans, quod hortulanus eſet.* Tat. ccxxi, 4. A trumba vel trumbo, *tuba,* *tibia,* trumbar, *tibi-cen,* *tubicen.* Ab arn, *meſſis,* arnar, *meſſor.* Lazet iogiuuedar uuahſan unzan ziarni, in thero arn ziti quidu ih then arnarin, *ſinete utraque crescere uſque ad meſſem,* & in tempore meſſis dicam meſſoribus. LXXII, 6. Denique ſubſtantiva ab aliis ſubſtantivis formata terminantur in duom, tuom: ſic à rih, *rex,* rihtuom, *regnum, imperium;* ab her, *dominus,* hertuom, *dominium.*

XVII. A verbo formata vulgo *verbalia dicta,* formantur vel ab infinitivo, vel ab indicativo. Ab infinitivo deducuntur terminata in eri, ere vel er, *officium significantia;* ut doperi, *baptiſta,* à dopen, *baptiſare.* Suoner, *pacificus,* à ſuonen, *expiare.* Ther ſuoner hauet einon wingardon, *pacifico vinea eſt.* w. Notandum autem est à lectorē eri, ere & er, mutari non raro in ari, aeri & ar, ut in toufar, *baptiſta,* apud Tatianum, à toufen, *baptiſare.* forliggar, *adulter,* à forliggan, *mæchari.* Ab infinitivo etiam deducta terminantur in no, vel n in m mutato, in mo; ut, uuahſmo, *fructus,* à uuahſan, *crescere.*

XVIII. Ab indicativo formata vel à präſenti vel à präterito proveniunt. A präſenti provenientia vel ad primam vel ad ſecundam vel ad tertian ſingularē reducenda ſunt. Ad pri-mam: ut brefta, *defectus,* à brefto, *deſum.* Thes wines iſt in brefta, *deſtituuntur vino.* Otrid. Giscrib, *scriptura,* à giscribo, *ſcribo.* trinko, *potator,* à trinko, *poto.* Hriuuo, *pænitentia,* à hriuuo,

## GRAMMATICA

20

me pñnitet. Geheyze, giheizi, *promissum*, à geheize, *promitto*. Beswich, piswich, *dolus*, à besucho, piluicho, *decipio*. Cumi, *adventus*, à cumo, *venio*. Minno vel minna, *amor*, à minno, *amo*. Freûui, e, *lætitia*, à freuuuo, *gaudeo*. Mara, e, i, *rumor*, *fama*, à maro, *divulgo*. Wassi, *sagacitas*, à wasso, *acuo*. Chundo, *nuntius*, *angelus*, à chundo, *indico*, *nuntio*. Bodo & poto, *præco*, *nuntius*, à bode, *declaro*, *nuntio*. Forachundo, *præco*, à forachundo, *præconizo*. Scirmo, *defensor*, à scirmo, *defendo*. Ad secundam reducuntur cumst vel cuomst, *adventus*, à comeſt vel cuomeſt, *venis*. Kunſte vel konſte, *scientia*, à kunneſt, *scis*, & iſtiusmodi. Ad tertiam reducitur gevarda, giferte, *apparatus*, gefert, *socius itineris*, fert, iter, à gefarit, gevart, farit, varit, it, *proficiscitur*, & lexcenta alia.

XIX. A præterito formata reducuntur itidem vel ad primam sive tertiam personam singularem, quæ eodem modo in lingua Francica formantur, vel ad secundam. Prioris generis sunt Dugath vel dugatha, *virtus*, à dugada vel duchada vel dugade, *valui*, *valuimus*. Gescript vel giscript, *scriptura*, à gisribada, gisribata, *scripti*, *scriptis*. Freuuida, *gaudium*, à freuuida, *gavijus sum*, est. Martha, e, vel maritha, e, *bona diffamatio*, à marida, *diffamavi*, *diffamavit*, *divulgavi*, *vit*. Waffid, *acies*, à waffida, *acui*, it. Kisuonida, *pactio*, à kisuonida, *reconciliavi*, it. Irrida, *error*, ab irrida, *erravi*, it. Chundida, cundida, *indicium*, à chundida, *indicavi*, it. Gauedonum, *gaf* vel *gab*, *dedit*. Ad secundam reducitur vernumst, *perceptio*, à vernamst, *percepisti*, & id genus alia. Nota etiam nomina ejusdem rei non raro tam à præſenti quam à præterito formari: ut à diurian, *glorificare*, diuri & diurida, *gloria*.

XX. Verbalia quoque terminantur in ung: ut, ilung, *festinatio*. Arſtantenti Maria in then tagon, gieng in giburgu mit ilungu, *exurgens Maria in diebus illis*, *abiit in montana cum festinatione*. Tat. iv, 1. Heilizing, *salutatio*: uuard tho ſo ſiu gehorta heilizinga Mariun, *factum est autem cum illa audiret salutationem Marie*. Tat. iv, 2.

XXI. Diminutiva terminantur in \*el, il, elo, ela, ilo, ila. Sic à tubi, *columba*, tubiel, *columbula*, pullus columbae: zua gimachun turtlitubun edo zuei tubielin, *par turtrum*, aut duos pullos columbarum. Tat. vii, 3. In ſo uueliha burg odo burgilun ganget, *in quamcumque civitatem*, aut *castellum intraveritis*, XLI, 7. Sic à ſhef vel ſhif, *navis*, ſhefila, *navigicula*: ſteig tho in ſhiflin, *ascendit tunc in navingum*. LIV, 1.

## CAPUT QUARTUM.

### De nominibus adjectivis.

I. **A**DJECTIVUM rem, ut alijs est, vel ut aliud connotat, significans non potest præmiti, ut ſubiectum orationis; vel ut alii definiunt, adjectivum est nomen, quod unam rem significat, & connotat alteram: ut Scon, *pulcher*. Gotelich, *divinus*. Himilisc, *cælestis*. Erthisc, *terrestris*. Siluerin, *argenteus*. Guod, *bonus*. Ubil, *ubil*, *malus*.

Quamobrem tametsi adjectivi significatio simplex fit, utpote rem unam denotans; multiplex tamen est ejus connotatio. Connotat enim totum; partem; ſubiectum; adjunctum; cauſam efficientem; effectum; materiam; ſignum; objectum; dominum vel poffefforem; habitum; priuationem vel defectum; circumſtantiam, ut locum, tempus, ſitum; munus vel officium; materiam ex qua res fit, & rei formam; actionem & paſſionem.

II. Declinantur autem adjectiva per tria genera ſecundum paradigmata infra poſitum:

#### Numerus Singularis.

N. + Sconer, scon, e, i, a, o, <i>pulcher</i> .	N. Scone, i, a, o, u, <i>sconiu</i> , <i>pulchra</i> .	N. Scon, <i>sconaz</i> , as, <i>pulchrom</i> .
G. Scones, is, as.	G. Sconero, a, u, <i>sconere</i> , er.	G. Scones, is, as.
D. Sconemo, <i>more Gothicō</i> ; & ſconon, an, en, um, <i>more Saxonico</i> .	D. Sconero, a, u, <i>sconere</i> , er.	D. Sconemo, <i>sconon</i> , an, en, um.
Ac. Sconena, ina, ana, <i>more Gothicō</i> ; & ſconen, an, on, <i>more Saxonico</i> .	Ac. Scone, i, a, o, u.	Ac. Scon, <i>sconaz</i> , <i>sconas</i> .
V. Ut nom.	V. Ut nom.	V. Ut nom.
Ab. Sconemo, ſconon, an, en, um.	Ab. Sconero, a, u, ere, er.	Ab. Sconemo, ſconon, an, en, um.

\* Vide Gramm. *Anglo-Saxonicae* cap. III. 27. participia masculina nom. casus singularis numeri rarius terminantur in er.

Exempla